Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

thesauros domus dni et
thesauros domus regis et
vniuersa vasa aurea que
fecerat rex salomon israel
in templo dni iuxta vbi
dixerat dni et transtulit omnes relqs
et vniuersos principes et
omnes exercitus fortes x
milia in captiuitate et omnes
artifices et diuites nihil
q; est relictum excepto
pauperum populo terre Transtulit
quoq; iechoniam i babilonem
et matrem eius et uxores
regis et eunuchos eius
et iudices terre duxit i cap
tiuitatem de rlm i babilo
nem et omnes viros robus
tos vii milia et artifices
et diuites mille omnes
viros fortes et bellatores
Duxitq; eos rex babilonis
captiuos i babilone Et
constituit mathaniam patruum
eius p eo in nomine
eius sedechiam Viginti
et primum annum etatis habat
sedechias cum regnare cepis
set et xi annis regnauit
i rlm Nomen matris eius
amithal filia ieremie
de lobna Et fecit malum
coram dno iuxta omnia que fe
cerat iechoniam Irascebatur
enim dns contra rlm et q
tra iudam donec proiecerit
eos a facie sua Rebellitq;
sedechias a regem babilonis

Capitulum viginti quintum

Factum est autem anno
nono regni eius
mense decimo decima
die mensis venit nabucho
donosor rex babilonis ipse
et omnis exercitus eius in rlm
et circumdederunt eam et extruxe
runt in circuitu eius munitiones
Et clausa est ciuitas atq; val
lata vsq; ad undecimum annum
regis sedechie Nona die
mensis Prevaluitq; fames
i ciuitate nec erat panis
populo terre Et intercepta est ci
uitas et omnes viri bellatores
nocte fugerunt p viam porte
que inter duplicem murum
ad ortum regis Porro chal
dei obsidebant in circuitu ciui
tatem fugit itaq; sedechias
p viam que ducit ad campestria
solitudinis Et persecuti est
exercitus chaldeorum regem
apprehenditq; eum i planis ie
richo Et omnes viri bellatores
qui erant cum eo dispersi sunt
et reliquerunt eum Apprehen
sum autem regem duxerunt ad
regem babilonis in reblatha
Cui locuti est cum eo iudi
cium filios autem sedechie oc
cidit coram eo et oculos eius
effodit Vinxitq; eum catenis
et abduxit in babilonem Me
se quinto septimo die mensis
ipse est annus nonus decimus
regis babilonis venit na
buzardan princeps exercitus
minister regis babilonis i rlm
et incendit domum dni et
domum regis et domos rlm
omnemq; domum combussit
igni et muros rlm i circui
tu destruxit omnis exercitus
chaldeorum qui erat cum pri
cipe militum Reliquit autem pleb
em populi qui remanserat i ciui
tate et p fugos qui transi
fugerunt ad regem babilonis